Nos inferiusscripti Martinus Sartor tunc temporis magister ciuium nec non assessores sui videlizet Andris Chotunski Llaurencius Colski Johannes Dreijscharff nicolaus Copanija petrus de lapidea Consules Ciuitatis Slupcze significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris Quomodo venientes laboriosi et prouidi Nicolaus Crol de polisko Llaurencius Jarzyna, Albertus Stawicey, de Mirzewo kmethones, nec non Mathias Materna Johannes fratres germani de Sobieszirnije Jacobus Roza de ibidem; nec non Stephanus Briganth de Mirzewo petrus Boleij de ibidem, ad nostri consulatus venientes presenciam precibus nobis ingentissimis sic accedentes nobis humiliter supplicarunt pro laborioso Michaele de Sobieszyrnie nostro captiuo et detento ipsum liberum et de carceribus absolutum fieri et mitti cupientes pro quo videlizet Michaele ipsi prenominati kmethones cum consensu voluntate atque admissione, dominorum suorum heredum videlicet nobilis et generosorum Mathie Syenko heredum in Sobieszirnie nec non Johannis et Nitardi heredum de Myrzewo manu simul juncta et indiuisa vniuersi fideiubentes pro eodem supra dicto Michaele detento nostro nec non eius consanguineis atque illorum quiuis vnus pro alio Ipsa condicione interiecta fideiubendo quod dictus Michael nec non omnes et singuli affines sui Ciuitatem nostram impedire minasque imponere presumant Itaque et ipsi prenotati fideiusserunt vnus pro altero vsque ad vltimum conpromittentes quod ipsa Ciuitas nostra nullam impeticionem ac impedimentum pati debeat et uideatur, submittendo se quod si sepedictus Michael aliquas minas Ciuitati inponere presumeret extunc recipi et puniri debeat secundum meriti sui exigenciam ita tanquam omnia Jura peregisset quod si vno in Campo et duobus in villa atque Ciuitate posset attestari similiter quicunque predictorum fideiussorum aut quiuis consanguineorum et affinium, suorum, fraude eorum cunnas Ciuitati nostre imponere presumeret aut uideretur sic ut premissum est, extunc ipsam quam sepedictus Michael penam pati debeat vbicunque attingi possit aut reperiretur, Quam quidem Concordiam fecerunt coram nobis consulibus supranotatis vna et coram omni et totali communitate Ciuitatis nostre pretacte In cuius rei testimonium presencia huic libro sunt inducta

Actum

Actum et datum sabbato in crastino Sancti Thome martiris gloriosi An-
1454. no Domini millesimo quadringentesimo liiij°.

Intitulacio Domini Bartholomei Starnek

Nos infrascripti Martinus prothoconsul tunc temporis Anno Domini Mi^mo
1459. CCCC° LIX° (: Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono:) nec non Assessores sui Andris Chotunski Nicolaus Copana Consules Civitatis Slupczensis Significamus tenore presencium quibus expedit Quomodo in presentando Discretum Bartholomeum Dominum Starnek ad Altare Corporis Cristi etc in Ecclesia Slupczensi collacionis nostre (presente honorabili viro Alberto plebano obligavimus prefatum Dominum Bartholomeum se sponte summitentem / ad cantandam missam matutinam ferijs tercijs de beata Virgine / quam legere debet diebus sabbatinis ex privilegio ad quod faciendum / obligabit (sic) se in Actis Domini Officialis Gneznensis sub censuris ecclesiasticis vita sibi comite Item anno et Die quibus supra / promisimus unanimi voto tocius Communitatis, de primo Baccicario nostre collacionis vacaturo / proinde Domino petro de Graboschewo vicario Ecclesie nostre / intuitu suarum formarum / et in vim promissionis nostre sibi facte, non obstante quacunque alia promisione / cuicunque persone per nos facte (sic)

1466. De Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, die Jovis nona mensis Octobris. Nos infra Scripti Martinus preconsul Andreas Chotunskij Jacusch Crol Jeronimus pellifex. Michael Cluga, petrus Colybi, Consules Civitatis Slupczensis. Recognoscimus tenore presencium universis et singulis quibus expedit. Altare in Eclesia sancti Wawrencij parochali Slupczensi de Dotatione olim bone memorie Burchardi / dedisse et contulisse honorabili domino Johanni Strzezich, super quatuor marcas census, de pretorio tollendo per eundem dominum Johannem / tam diu, antequam pecunia Capitalis centum marcarum per Concives predicte Civitatis vicinos non reponeretur. Si tamen reponeretur in pretorio predicto reposita fuerit, extunc prefatus Dominus Johannes censu carere debet. donec, alibi super pecunias predictas centum marcarum invenietur. Tali eciam condicione interiecta quod dominus Johannes predictus residenciam personalem hic faciat, et aliud beneficium Eclesiasticum hoc altari habito tenere non debet nec possidere / Si tamen aliud de voluntate Dei beneficium assecutus fuerit extunc in instanti hoc nobis altare predictum dimittere et conferre in manus nostre

collacionis

collacionis se obligauit, presentibus ibidem honorabilibus dominis Bartholomeo Starnek et Augustino presbiteris et Altaristis in Eclesia parochiali sancti Llaurencij in Slupcza testibus ad premissa

Nos infrascripti Martinus prothoconsul cum consulibus Andrea videlizet Chothunskij Michaele Cluga Alberto Hynek Stanislao Dryka Gregorio pellifice recognoscimus tenore presencium quibus expedit quomodo de Anno Domini Millesimo

1468 CCCC LXVIIJ° (: quadringentesimo sexagesimo Octavo:) venientes presencias ad nostras Generosus Dominus Johannes powiczkij etiam cum prothoconsule et consulibus et tota communitate dicti Opidi powjdz eciam cum videlizet prothoconsule Jacobo Martino eciam consule nec non ceteris consulibus nec non eciam Stanislao de Golyna protunc aduocato in powicz nec non ceteris Scabinis protunc existentibus Blasio pancaczyewicz Johanne Geraldi laurencio paszyemyczkod Martino Lucz Alberto karkorska quomodo nostros Slupcenses vicinos indicemus inter Martinum videlizet wyckowskij cum Martino Tkokarsky pro eo quia Opidanus eorum de dicto Opido powjdz dictus Stanislaus Szirch fuit detentus in Ciuitate nostra et ipse dictus Stanislaus Opidanus in powidz est expurgandus alias yest szye oczyſczyl extunc quod absit fideiussor nostre Ciuitatis Martinus videlizet Tkokarsky tamen Martino wyckowskowſky impedimentum a domino Capitaneo aliquocies habuerit extunc dictus dominus Johannes cum suis consulibus et tota sua communitate Opidi dictos teneretur expedire alias si satisfecerint extunc vbi quicunque aliqui de dicto Opido reperti in Ciuitate uel saltim in Villa cuius teneri potest alias hamowacz et cum tam longe tenere donec omnia et premissa fuerint exsolutas

1471 Anno (LXXJ°) (: Millesimo Quadringentesimo septuagesimo primo:)

Nos Andreas chothunskij Michael Clyuga petrus Kobyli paulus Czyagnijmyaſso et Andreas lanifex Consules Slupczenses Recognoscimus quibus expedit vniuersis quod ad nostram presenciam veniens dominus Bartholomeus Starnek Altarista Altaris nostre collacionis Recognouit se emiſse ortum cum predio iacentem inter Nicolaum Czernar ex vna et Nicolaum Ortulanum partibus ex altera pro octo florenis Vngaricalibus a prouido petro de lapidea super censum annuum dimidie marce singulis annis pro festo Beati Martini soluturum super

forum

forum reempcionis alias Na Widerkaff ad tenendum poſsidendum tam late et longe prout solus tenuit Tali condicione interiecta vt cum prefatus petrus de lapidea suum secus ortum voluerit rehabere extunc repositis pecunijs capitalibus octo videlizet florenis vna cum censu superseſso poſsidebit / Computatis hys octo florenis super in sex marcis seu taxatis.

Area in postico Chudy

Nos Andreas Chothunsky preconsul Michael Klyuga petrus Kobili ceterique consules Opidi Slupczensis Recognoscimus tenore presencium quod veniens prouidus Gregorius pellifex suscepit de nostro ac Altariste ante corum ex consensu Aream in postico suo super censum quindecem groſsorum numeri singulis annis pro festo Beati Martini exoluendorum Non obstante pluri censu olim ex predicta Area exoluta ad huiusmodi vendendum edificandum commutandum seu in vsus perpetue proprios conuertendam aditumque in aream pretactam et reditum perpetue debet poſsidere.

WiMBP
im. H. Łopacińskiego
w Lublinie
sygn. 339